

Magna quoque est absurditas illius consuetudinis, quando carnifex eum, qui se ipsum suspendit, aut aliis modis se occidit, non prius vult abscindere, aut mortui cadaver tollere, nisi prius omne illud, quod stans juxta cadaver, infra, supra, lursum ac deorsum in circumferentia gladio contingere potest, vel pretium pro eo ipsi concedatur. Vide Carpzov. *part. 1. quest. 2. num. 32. f. 13. Pract. Crim.* Nam (1) nulla ratione nititur, quare carnifex, qui pro abscissione funis, quo mortuus seipsum suspendit: aut pro ablatione cadaveris mercedem non parvam consequitur, iniquè lucrari debeat quod est alterius. Et quidem (2) absque ejus facto & culpa. Fieri namque potest, ut peregrinus in diverforio publico aut alterius ædibus se occidat: quo pacto tum dominus istarum ædium tenetur tantum de suis bonis carnifici concedere, quantum ipse evaginato gladio queat contingere, & ita præter meritum luere factum alterius sponte sua perire volentis. Quæ consuetudo, cum summa iniquitate nitatur. itidem per hanc Constitutionem implicitè sublata est, his verbis: Diese und dergleichen: Id est, hæc memoratas, & similes consuetudines irrationabiles abrogat: imò præcipit subinde Imperator, ut quilibet Magistratus ejusmodi corruptelas in suis locis abroget & eliminat: nec concedat, ut talis consuetudo in posterum observetur. Quia Imperator ita istas consuetudines abolet & annihilat, ut nunquam in usum redeant.

## ARTIC. CCXIX.

*Quomodo prudentes, togati, advocati disertissimi, consuli, vel ad superiores de rebus dubiis atque obscuris referri debeat.*

Erklärung bey wem / und an welchen Orten Rath gesucht werden soll.

**U**nd nach dem vielfältig hievor in dieser Unser und des heiligen Reichs-Ordnung der peinlichen Gericht / vom Rathsuchen gemeldet wird / so sollen allweg die Gericht / so in ihren peinlichen Processen / Gerichts-Übungen und Urtheilen / darinnen ihnen Zweifel zuviel / bey ihren Oberhöffen / daß sie aus altem verjährtem Gebrauch bisher Unterricht begehrt / ihren Rath zu suchen schuldig seyn. Welche aber nicht Oberhöffe hätten / und auff eines peinlichen Anklägers Begehren / die Gerichts-Übung fürgenommen wäre / sollen in obgemeldetem Fall / bey

Eccce 2                      ihrer